ad opus nostrum. Cum sic preparasti tunc est bene pre-
parata tua quinta essentia

Circulatio et qualiter pelicanus sit obseruandus.

Primum recipe tuam quintam essentiam sic preparatam et pone eam
in pellicanum et sigilla sigillo hermetis. Et aduerte ne
quinta essentia in sigillatione euolet aut attendat(?) sic
preparare debes: pone pellicanum in vas plenum
aqua fontis recentis. Tunc defendit ne effugiat aut
attendat quinta essentia. Cum sigillasti tunc loca pellicanum
ad cineres et fac igne ad modum solis et stet ibi in cine-
ribus 28 diebus. Tunc oriuntur tele quasi arane-
arum aut species(?) plurimus in fundo. Cum ulterius cessat a
[illegible] et non crescunt. Tunc remoue vitrum et aperi
sigillum. Et effunde per declinationem pure ut quinta essentia exeat
absque terrestreitate clara. Istam quintam essentiam funda(?) et sig-
illa ut aut per terram aut per [illegible] et serva
in loco frigido ut in celari. 3 vice

Tertia vice

Extractio salis a terra calcinata.

Primum recipe terram quam primus servasti in
principio in olla devitreata et distilla per balneum. Et
exit sua propria aqua et distilla per balneum et fac ad opus
tuum indigens. Cum nunc cessat aqua dare tunc recipe terram
et [illegible] et distilla ad modum aque fortis. Tunc distillatur
aer et est albus ut lac. Postea venit ignis ad modum
saphiros(?) [illegible] si placet
Primum da ignem bonum fortissime ad xij horas
tunc terra est calcinata ut debet esse in clausis vas
Deinde recipe terram calcinatam et super funde
aquam ab ea distillatam ita quod supernatet iij digitis a-
quam(?) et mittas modicum bulire et fac infrigidare
per [illegible] duos aut tres dies. Tunc illa aqua habet sal
crisin quasi extractum. Illam aquam abstrahe quam
clarius poteris ut illa terra vadat et eandem
aquam crisiam(?) abstrahe per balneum. Tunc invenies
saltum(?) in fundo
Ista aqua iam abstracta iterum valet super alia
terram hoc fac totiens quousque totum sal totum
est abstractum de terra sua